¶Reſpice in me domine et miſerere
mei celerrima reſurrectione ſubueniendo
da poteſtatem iudicij mihi innocē-
ti ſup omnez creaturam et ſaluum fac
filiuz beate marie que dixit ecce ancilla
domini.
Fac mecum.i.imple in me ſignum Jo
ne pphete vt ſic ille ſtetit in ventre ceti trib9
diebus et tribus noctibus.ſic ego tantum
ſim in corde terre qd reſurrectionis ſignuz
erit in bonum q: p illud declarabitur vir
tus tua.ſpes credētium confirmabitur et
iudei qui me oderunt videntes me
reſurgere confundentur intelligentes
ſe male egiſſe.et quoniam tu domine
adiuuiſti me in certamine et conſola-
tus es me reſuſcitando me a mortuis.

¶Pſalmus.LXXXVI.in quo mo
net toto corde aſpirare ad celeſtez
hieruſalem.
¶Propheta in laudem eccl'ie pro-
rumpens ſub nomine ciuitatis cō-
mendat eum primo a fundamētis
dicens.

FUndamenta ei9
ſcz eccleſie in montibus ſan-
ctis ſcz prophetis et apoſtolis
qui poſt chriſtum qui eſt pncipale funda-
mentum.fundauerūt eccleſiam in fide xpi
qui apoſtoli dicuntur etiam montes pro-
pter altitudinem virtutū. ¶Secundo cō-
mendat eccleſiam a portis ſcz ſacramentis
eccleſie dicēs.diligit dominus portas
ſion.id eſt.eccleſie ſacramenta.ſuper om
nia figuratiua et cerimonialia cul-
tus veteris teſtamenti ¶Tertio com
mendat eccleſiam a celebritate fame dicens
Glorioſa dicta ſunt per pphetas nō de
illa figurali q̄ cecidit ſed de te ciuitas di
¶Quarto cōmendat eam a multitudine
ciuiū cum in pſona chriſti ait.
Memor ero non tantū populi iudeorū
ſed omniū gentiuz p Raab et Babilon
deſignatarū vt euocent ad me et p mediā-
tibus ſcientibus me.i.apoſtolis quibus
pceptū fuit cūctis gentib9 pdicare.
¶Quoz pdicatōne conuerſi ſunt gētes.
Tirus ſcz et populus ethiopum.ho
rum multi fuerunt recepti in eccl'ia
in chriſtum credentes ex quib9 ipa ciuitas
dei eſt conſtructa.
¶Nunquid ſinagoge poterit p glorio
ſum pſuaderi q' homo natus eſt i ea
qui ſaluabit eā et ipſe idem eſt qui fun
dauit eam in quantum deus qui eſt al-
tiſſimus.
Certe ſic perſuaderi poteſt et tanq̄z veriſſi-
mū pdicari.quoniam Dominus q̄ men
tiri nō poteſt.narrauit in ſcripturis p-
phetarum que credite ſūt populo iudeo
rum q xps verus deus erat ⁊ verus homo
hoc etiam narrauit in ſcpturis apoſtolo-
rum qui principes eccleſiarum fuerūt.
¶Quinto cōmendat eam propheta a be-
atitudine ſupna incōprehenſibili ad quam
ſumenda eſt poſt iudicium
O ſion ſuperna.Omnes qui in te ha
bitant iocundi ſunt et vere letātur
quia gaudium et leticia inuenientur in te
vbi felicitas perfecta.et iocunditas cōſum
mata.

¶Pſalmus.LXXXVII.
¶Chriſt9 ex forma ſerui ad patrez
orans ait.

DOmine deus auctor
ſalutis mee.id eſt.immunitatis
mee a peccato omni tempore
clamaui coram te.id eſt attente et perſe
ueranter.
Et quia ita clamaui Sit accepta con-
ſpectui tuo oratio mea et a te ſit exau-
dita per effectum.
Opus eſt vt me exaudias Quoniaz re-
pleta eſt anima malis.i.dolorib9.anxi
etatibus.vn̄ ipe dicit.triſtis eſt aīa mea vſ-
q3 ad mortem.et aīa mea in inferno ap
propinquauit.dū trador ad mortem.
Eſtimatus ſum cum deſcendenti-
bus in lacum.inferni.putauerunt enim
iudei me peccatorem vnū de illis qui neceſ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſario et inuiti deſcendūt in ꝓfundū inferni eſtimatus ſum etiā ab eis ſicut hō ſimpliciter ſine adiutorio cuꝫ tñ īter mortuos eſſem liber a coactione ⁊ liber ab omni peccato.

Eſtimatus etiam ſum ab eis Sicut alij vulnerati dormientes ſomno mortis in ſepulcris. quoꝝ nō eſt memoria amplius vt ad bonū reſurgant et ipſi q̄ talem me exiſtimauerunt repulſi ſunt o deus a protectōne tua q̄ me ſine adiutorio tuo eſſe putauerūt.

Poſuerunt me reputatione ſua in lacu inferiori putauerūt enī me dignuꝫ q̄ in talem deberem deſcendere locū. et in tenebris et vmbra mortis. i. in tenebris obliuionis derelictū queꝫ nemo requireret nemo ſaluaret eſtimauerūt me poſuiſſe.

Arbitrati ſunt iudei q̄ Super me cōfirmatus eſſet furor tuus credētes q̄ ex ira tua ad paſſionis pericula perueniſſem. et ampliſſimas indignationes tuaſ putant te induxiſſe ſuper me cū me ꝑtuleris crucifigi.

Quomodo aūt amici eiꝰ in paſſione ſua ſe habuerunt dicit. Longe feciſti eos qui bus notus eram. ſcꝫ diſcipulos q̄ me relicto fugerūt poſuerūt iudei me abominatōnem ſibi ita vt nomen meū nollent audire.

Traditus ſum a proditore diſciplo et non egrediebar ad vindictā. oſtēdendo potenciam diuinitatis mee. et oculi mei id eſt. apoſtoli infirmati ſunt ita vt petrus negaret et alij fugerent. et ħ ꝑ inopia veri luminis et intelligentie ſcṗturaꝝ ſacrarū. q̄ dicebant oportere pati xp̄um et reſurgere a mortuis.

Clamaui ad te domine in cruce hely hely et cetera ſic tradidi ſpiritum operationes aūt meas expandi ꝑ caritateꝫ ad te ad tuam ſemper referendo voluntatem.

Oſtendit quibus non proſunt opera ſua dicens. Nunquid mortuis corde ⁊ obſtinatis in malo facies mirabilia certe non q̄ꝛ credere nolunt aut medici ſuſcitabunt mortuos et illi cōfitebūtur tibi. ꝯfeſſione laudis. certe non.

Nunquid narrabit aliquis. q̄ꝫdiu aīa ſua mortua peccatis iacet in ſepulchro corporis ſui miſcdiam tuam q̄ relaxāt peccata. certe non. et veritatem tuam narrabit qui inter perditos computatur.

Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua. i. peccatoribꝰ obſtinatis tenebris ignorantie et erroꝝ obtenebrans. certe non. impediente ħ eorum malicia. ꝑtermittentes enī deū ſapientie lumina ꝑdiderunt. et iuſticia tua non coletur per reprobos homines. qui iniquitatuꝫ ſuarum merito obliti ſunt deum.

Et ego ad te clamaui qui potens es mortuos reſuſcitare. mane oratio mea preueniet te. q̄ꝛ matutina reſurrectione me clarificabis.

Ut quid domine repellis orationē meam. auertis faciem tuam a me. vt tranſeat calix iſte.

Ego protui obedientia a tēpe carnis aſſūpte Pauper ſum et in laboribꝰ a iuuentute mea exaltatuſ in cruce humiliatus in ſepulcro. et conturbatus in morte.

In me tranſierūt afflictiōes tue quas tua voluntate non mea culpa patior tranſierunt dico. non ꝯſtiterunt et terrores indignationis tue contra humanū genus conturbauerunt infirmitatē carnis mee quoniaꝫ ex obedientia tua languores eoꝝ ego tuli. et dolores eorum ego portaui.

Circūdederunt me iudei inundantia grauiū ꝑſecutionū. circūdederunt me ſimul phariſei cum ſacerdotibꝰ Pilatus cū ꝑncipibus et populis.

Elōgaſti a me amicū cetū apoſtoloꝝ et proximū qui mihi aliquaꝫ faceret miſericordiaꝫ et notos meos a miſeria. mea ita vt nullꝰ auxiliū ferre mihi poſſet.

Pſalmꝰ. LXXXVIII. in quo mo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf